

CREDO IN UNUM DEUM

Mus:KAMBALE KILUMBI Honoré
Harm: Capax Kizis

(Par amour pour le Règne, confessons notre foi)

$\text{♩} = 70$

Cre - do in u - num De - um, Pa - trem om - ni - po - ten - tem, fac-to-re-m Cae-li et -
ter - rae, vi - si - bi - li - um et in - vi - si - bi - li - um.

11 G D Em C D Em D G C D7 G

1. Et in unum Dominum Jesum Christum/ Filium Dei **unigenitum**
et ex Patre natum ante **omnia sæcula**.
Deum de Deo/ lumen de lumine/ Deum verum **de Deo vero**
Genitum, non factum, consubstantiale Patri:/ per quem **omnia facta sunt**.

2. Qui propter nos homines,/ et propter nostram salutem descendit de coelis
Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine,/ et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato ; /passus et sepultus est,
Et resurrexit tertia die secundum Scripturas,/et ascendit in coelum sedet ad dexteram Patris.

3. Et iterum venturus est cum gloria,/ judicare vivos et mortuos ; cuius regni non erit finis.
Et in Spiritum Sanctum,
Dominum, et vivificantem :/ qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio,/ simul adoratur et conglorificatur :/ qui locutus est per prophetas.

4. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.
Et expecto resurrectionem mortuorum,
et vitam venturi sæculi. Amen.